

I  
II  
III  
IV  
V  
VI  
VII  
VIII  
IX  
X  
XI  
XII



40 XLVII.  
JOHANNI HENRICO SCHRANKIO  
MOSPACENSI PALATINO

43  
HONESTO,  
PIO ATQVE ERV-  
DITO JUVENI, PRIMAM  
IN PHILOSOPHIA  
Lauream

*In antiquissima Heidelbergensium Academia:*

*Sub Magnifico Viro*

Dn. DIONYSIO GOTHOFREDO JC.  
ET CODICIS PROFESSORE

celeberrimo:

RECTORE,

*Nec non Spectabili viro,*

Dn. REINEROR. F. BACHOVIO ECHTIO,  
J. U. D. ET PHILOSOPHIAE PRACTICAE  
Professore ordinario. DECANO.

*A Doctissimo Viro,*


Dn. M. IOHANNE CRAMERO SERVESTANO  
Illustris Collegij Casimirani REGENTE

*Promotore rite designato*

Accipienti: XI. Calend. Iulij

ANNO MDCCVIII.

GRATVXANTVX AMICI.



HEIDELBERGAE,

TYPIS JOHANNIS LANCELLOTI, Acad. Typogr.

47.





M. JOHANNES ADAMI R U  
GENVVALDENSIS POMERANI

M E L O S

Ad ornatissimum juvenem

JOHANNEM HENRICUM

SCHRANCKIUM,

Cum prima Philosophiæ

Laurea insigniretur:

*Q*UOD cognomē babes, si vox Germana La-  
*R*eddenda sit idiomate, (tino  
Te benetraxereor

*A* STADIO, SCHRANKI, stadium decurrere,  
Edoctum ab annis, non quidem (primis  
Præpetibus pedibus,

Sed SOPHIÆ studiis; cursu specteris ut inter  
Stadiodromos primus tuos

Approperare celer

*P*ropositam ad metam, primūq; auferre *A*brabeiū,

Baccis corona lauribus  
Impediente caput.

Nomine fecisti dignum, factoque tulisti  
HEINRICE dignum premium;  
Post quoque digna feres,  
Si stadium studio curras fervente bonarum  
Ut DOCTOREX in artium  
Tot vocitare, boni  
Hac vice quot SOPHIÆ sertum meruistis alū-  
Quas inter, illum sustinet (ni:  
MUSICA dia locum.  
Quo jã vos inter, POMERANA gente creatus,  
Videre CHRISTIANUS est.  
DEVITIVS, vitium.  
Devitare potis, CHRISTI monumenta secutus.  
Apposcit istud vitricus,  
Sive vocare patrem  
Mavis officio quoniam multiplice verum  
Tibi supplet, affectu & probo  
Et pietate patrem.  
VILLINGUS, fideique tenax mentisque  
Latusque favet honoribus (serena:  
Primitiisque tuis.  
Quæ studij scopus est, & meta suprema laborū  
Ipsam parabis ad THEMIN  
Hac ratione viam:  
Quæ tibi tum faciles venienti porriget ultrò,  
Digno

*Digno suis mysteriis  
Consiliisque manus:  
Dedignata viros adytis, quicumque nouenas  
Fastidiente nausea  
Præteriere Deas.*

ALIVD.

SI iam vota valent, SCHRANCKI doctissi-  
(me, quicquam,  
Vota placet votis iungere nostra tuis.  
Nempè tibi plantata virescat Delia Laurus,  
Florescat, fructus, quos decet, utque ferat.  
Tangatur torti valido nec fulminis ictu,  
Nec Nothus hæc frangat, nec pluvix huic  
(noceant.  
Teque tuumque genus decoret, decoretque  
(parentes;  
Mospacum patriam, dulce ~~so~~ fū, decoret  
Hæc voti summa est: faciles cui Suada lepores  
Et doctam auxesin fessa senecta negat.

Amoris ergò  
PHILIPPVS Zvvengel H. Notarius  
Cæsareus & Academicus F.

## Ad eundem.

**T**ertia nunc est astotidem se frigora laxant,  
Cum posita est capiti Laureæ prima meo.  
Tunc mihi Neccarides plaudebant undique Muse,  
Omina tunc circum candida turba dabat.  
Anne tibi primam, juvenum cultissime, Laurum  
Gestanti applaudam carmine, voce, manu?  
Prima tuo merito Laurus tibi florida cessit:  
Iudicium testor, Clare Decane, tuum.  
Nam tibi cura fuit Virtuti impendere curam,  
Et faciles Musis applicuisse manus.  
Te pudor exornat, probitasq; modesta decorat:  
Et sacra accendit te pietatis amor.  
Ito per exemplum clarorum IANÆ, virorum  
Et studio has Laurus uberiore riga.  
Primus honos summi mentem succendat amore,  
Ingenio matius sessiciatq; tuo.  
Sic quoque per primam meruit qui præmia pugnam  
Miles, is acceptis ulteriora petit.  
Suscitat hinc animos, solitoq; audacior ansu  
Hostibus infligit vulnera larga suis.  
Sed quia iam fausto sigis vestigia cursu,  
Te dicam monitis posse carere meis.  
Ergo tibi primum Lauri congrator honorem:  
Adde etiam votum, candida turba tuum.

M. Theodorus Heidenius Hördenfis  
Westphalus.

## ALIVD.

**D**ebita dum studiis gestis auferre brabea  
SCHRANCKI, dum Sophiæ ferta decusq; petis.  
Iure tibi primos Phœbus decernit honores,  
Quos labor, & studium promeruerunt tuum.  
Hic ne siste gradum, sed gnauiter artibus insta,  
Quâ vis ingenij te vocat ampla tui.

Huc



Huc tende, atque iocos quos fert male suada voluptas  
Linque aliis, prudens & sacra iuris adi.  
Sic procedendo paries encomia famæ  
Famæ quæ nullo est interitura die.

*Bernardus Maj Collegij Casimirani  
Oeconomus.*

ODE  
AD PRÆSTANTISSIMUM  
VIRVM DOMINVM SEBASTIANVM  
WILLINGIVM COMITVM ERPACENSIVM  
Præfectum in Seheim, Candidati parentem.

**Q**ualis aut Chamus fuit ille Noë  
Qualis aut patri fuit Absolomus  
Filius dignus triplici necandus  
Fortiter hastâ:  
Talis haut est culte Tibi SEBASTE  
Filius: sed qualis erat Iacobo  
Filius Ioseph, Isaacus atque  
Qualis Abramo.  
Scilicet mandata paterna complet,  
Audiens dicto est, monitisq; matris,  
Castra Musarum sequitur labore  
Sedulus omni.  
Per bonas artes decus ad perenne  
Ire quod tendat soboles, Tuam nunc  
Mille WILLINGI tacitam pererrent  
Gaudia mentem.

*Ioannes Georgius Zwengel H. Artium  
Baccalaureus. F.*

ALIVD

ALIVD.

**A**D iuga Parnassi quisquis pertingere tentas  
Exteriore sui limine præterito,  
Incaſſum feſtinus abis; quamuis pede tendas  
Præpropero: Phœbus vult prius ima peti.  
Ergo gradu pergis quia recto IANÆ ſodalis,  
Ambages fugiens circuitusque vagos:  
Dignus es vt Lauri decoret te Phœbus honore,  
Ante alios primo te ſtatuatque loco:  
Cui iuuenumque ſenumque cohors gratetur honorem,  
Et dicat titulo vota beata nouo:  
Tempus erit, primis quando adnumerabere, ab imis  
Qui non incipium ducere turpe putas:  
Ardua Parnassi ſuperabis culmina montis,  
Quando aliis nondum limen adire datur,  
Sedulſ inceptum pergas ſi currere curſum.  
Quod voueo, tibi quod vouit vterque parens.

*Iohannes Cloſſius Altena-Weſtphalus.*

ALIVD.

*Ἀνδραγαθία...*

IOANNES HENRICVS SCHRANCCIVS  
MOSPACENSIS.

SIC NVNC CERNIS HONORES,  
ASPICIN' HASCE MVSAS?

**S**IC NVNC *Pieridum collatos* CERNIS HONORES,  
*Cum caput ingenuum Laurea condecorat:*  
ASPICIN' *authores cingentes tempora honore*  
HASCE tibi MVSAS, *quæ cecinere: Vire.*

Intimo ſuo ponebat  
Iohannes Georgius Pareus D. F.  
Heidelb. Pal. A. B.

ALIVD

A L I V D.

*Iambicum purum.*

**P**Hanete cum suo nouem sororculæ  
Parente, gestiunt sonare cantibus  
Tibi notata verba metricis: Gradum  
Amice dum capeffis artium omnium  
Fauore BACCALAVREATVM: At Hesus:  
Asymbolum venire quem vetat pudor,  
Tibi quid accinet, sibi que commodum?  
Id inchoauimus quod utilissimam  
Ad altiora vtrique construet viam  
Fideliter: sed inchoare non sat est,  
Nisi inchoatum & exequamur acriter.  
Tua hæc corona primula est, & hæc mea est:  
Geramus hanc, vterque ita, vt coronidem  
In eruditione consequamur, &  
Meum ambiente Laurea & tuum caput:  
E labore plurimo est opus: laboribus  
Apollo vendit integer scientiam,  
In abditis Nouensiles apud Deas  
Obambulare quos iuuat recessibus.

*Amico Amicus Optimo Optimus canit  
Iacobus Hesus Thorunensis Borussus. Phil.:  
Baccal.:*

A L I V D.

**M**Ansueti indicium, Mores: sic Laurea fortis:  
Insignes inter conspicuiq; viros:  
Laurea virtuti, sic virtus splendida Lauro.  
Alternis vicibus premia pulcra refert.  
Vincltus Apollineo victricia tempora signo  
I ANE nites: animi, corporis anne decus?  
Rebar, vtrumq; tenet: nec me sententia lusit,  
Corpus habent mores: pectora Phæbus habet.  
O te felicem, teq; omni ex asse beatum!

*Fin.*



*Fulgere qui tali latius honore potes.  
Aude, age, iunge nomen primis successibus ausum  
Sic veniet capiti palma secunda tuo.*

Jacobus Weilerus Mospacensis C. S. S.

*Allusio ad Nomen.*

**I**Pse tibi stadium es, simul & stadiodromus ipse:  
Quis precor hinc abeat, tu nisi victor ouans?  
Vicisti semel, & primi certamine cursus  
Digna triumphali laude tropæa refers.  
Macte animis, res omen habet: ne defice cursu.  
Hæc tibi pro palmis gloria calcar erit.

C. K. G. N.

*ALIUD.*

**D**Uice, doctarum sequier Sororum  
Gnaviter, (credas mihi) castra: pura  
Castali dulcem rebibisse fontis  
Mente liquorem  
Dulce, discerni à rudis arte vulgi  
Cœtibus. Virtus micat inter illos,  
Et caput doctum, velut inter ignes  
Luna minores.  
Cum tibi nectit Sophiæ corollam  
Phœbus, & clarent tibi iam brabeia  
Prima, quis primus veluti triumphas  
Inter alumnos.  
Num quid infami dare terga cœtu  
Duxeras? Gaude meritò novellis  
Symbolis: donum hoc decuit tulisse  
Castra secutum.  
Strenuè Cleius, teneræ juventæ

Flore

Flore sub primo. Vehementer instat  
Impiger miles superasse nulli  
Parce labori.

GEORG. EHRNFELDER MOSPAC-  
censis Col. Sap. Stud.

ALIVD.

**V**T miles rigido fortis dīstringitur ense  
Nec timet arma solo, nec timet arma solo:  
Tantum ut diuitias fuluo sibi congerat auro,  
Et victo felix hoste redire queat:  
Sic quoque qui cupiunt Parnassi scandere calmen,  
Multa ferunt alibi, multa feruntq; domi.  
Optatam donec cursu contingere metam,  
Digna q; pro studiis premia ferre queant.  
Quapropter Phœbi à pueris vexilla secute,  
Nunc, SCHRANKI, es generi gloria lausq; tuo:  
Nam tibi quæ assidui quondam meruere labores  
Largita est merito Laureaserta Themis:  
Quod tam ritè tuis responderit exitus ausis,  
Lator, & erecto gaudia captò sinu.  
Ergo quid passo non comprecor ore salutem?  
Sit tibi prosperitas, sit bona vita, salus,  
Innocuos defende viros, puniq; nocentes  
Sola isthac studiis sit Cynosura tuis.

Iohan. Barthol. Reuterus Mospa-  
censis ludebat.

ALIVD.



ALIVD.

**L**Auream SCHRANKI, capies oualem  
Floribus primam, modo primipilus:  
Quam referuauit tibi militanti  
Strenuè Apollo  
SCHRANCKIORVM laus & honor (quod opto)  
Clarus exforges, Themidi & labanti  
Penè nunc passim poteris referre  
Robora prisca.  
Tu modò pergas, tua, quo vocat te  
Indoles: nunquam morière, ab arte  
Nomen ornatum Libitina sera ex-  
pungere nescit.  
Gratulor primum tibi, SCHRANKI, honorem,  
Lætus, & festo fauce brabeo:  
Tu, rogo, carmen capias fauentis  
Vile fauenter.

Wolfgangus Henricus Beyerus  
Oppenheimensis.

FINIS.

Be 231.

8

Db.

ULB Halle 3  
002 690 756




56.

VD77









40. XLVII.  
JOHANNI HENRICO SCHRANKIO  
MOSPACENSI PALATINO

HONESTO,  
PIO ATQVE ERV-  
DITO JUVENI, PRIMAM  
IN PHILOSOPHIA  
Lauream

*In antiquissima Heidelbergensium Academia:*

*Sub Magnifico Viro*

Dn. DIONYSIO GOTHOFREDO JC.  
ET CODICIS PROFESSORE

*celeberrimo:*

RECTORE,

*Nec non Spectabili viro,*

Dn. REINER O. F. BACHOVIO ECHTIO,  
J. U. D. ET PHILOSOPHIAE PRACTICAE  
Professore ordinario. DECANO.

*A Doctissimo Viro,*


Dn. M. IOHANNE CRAMERO SERVESTANO  
Illustri Collegij Casimirani REGENTE

*Promotore ritè designato*

Accipienti: XI. Calend. Julij

ANNO MDCCVIII.

GRATVLANTVR AMICI.



HEIDELBERGAE,

TYPIS Johannis Lancelloti, Acad. Typogr.

47.

